



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

120. In quodam Tribunali sanctæ Inquisitionis N. fuit tanquam Hæreticus  
formalis publicè damnatus, quæritur, an quia Ecclesiæ se reconciliauit,  
eius vxor teneatur illum recipere, & secum cohanitare? ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

Et pro con-  
tento in hoc  
ſ. Igitur in  
tom. 8. tr. 6.  
ex Ref. 11.  
ſ. vlt. &c.

3. Igitur ex his omnibus apparet offere esse pe-  
tento in hoc ſicculo peccandi, tunc eſſe peccatum, quod fit fine  
cauſa virginitatis, vel neceſſitate ad id obligante, non  
verò ſi talis adſit cauſa, & cauſa etiam ſufficit, eſſe  
non ſolum pro bono ſpirituali, ſed etiam pro aliquo  
bono temporali. Nec requiritur ut ſemper ſit cauſa  
inuoluntaria, aut ex neceſſitate proneniens, ſed ſatis  
etiam ſi ſit cauſa voluntariæ quaſita. Haec omnia  
Basilius Pontius vbi ſupra.

Et pro con-  
tento in hoc  
ſ. vlt. infra  
in Ref. 207.  
ſ. vlt. & in  
tom. 8. tr. 6.  
Ref. 15. & in  
alio ſ. cius  
not.

4. Ex quibus cum Vasquez opus de refutat. cap.  
3. §. 2. dub. 6. num. 21. & 24. & aliis inferit, poſſe homini-  
nam aliquod medicamentum ſumere ad aſſequen-  
dam ſalutem, quamvis probabilitate putet ex eo fu-  
turam ſeminis effuſionem.

## RESOL. CXX.

In quodam Tribunali S. Inquisitionis N. fuit tanquam  
Hæreticus formalis publicè dammatus, queritur, an  
quia Ecclesia ſe reconciliavit, eius vxor teneatur il-  
lum recipere, & ſecundum cohabitare?

Et an ſupradicta opinio fit amittenda, ſi in occulto con-  
tinuit hæreticus reconciliatur per Inquisidores?

Et notatur quod in ſupradicto cauſa non defideratur  
specialis diuortij ſententia, ſed ſufficit ſententia In-  
quifitorum, qua declaratum fuit illum extitisse Hæ-  
reticum?

Et queritur, an poſt ſententiam, qua vxor hæretica  
declarata fuit, poſſit vir eius ordinibus ſacris ma-  
nens in ſicculo initiari? Ex part. 6. tract. 7. & Mſc. 2.  
Ref. 25.

Sup. hoc ſu-  
pria ex do-  
ctrina Ref.  
14. ſ. vlt.

5.11. **C**afus potest frequenter accidere, & ad il-  
lum affirmatiue reſpondet ex Societate Ir-  
reverberii lib. 2. queſt. 18. ſel. 2. n. 5. & 9. Ex Domini-  
nicanorum familia Sotus in 4. diſt. 39. qu. vnicā art. 4.  
ad 3. quibus addit. Palatum diſt. 35. diſp. vnicā fol. 783.  
Iulium Clatun lib. 5. ſ. hærefi. n. 15. Surdum de Ali-  
men. tit. 7. qu. 21. n. 7. & Simancham in Carhol. inſtit. tit.  
tit. 40. n. 16. vbi testatur de communī, & aſſerit, quod  
niſi vxor velit ſanctimonialis eſſe, cogi potefit, ut ad  
virum penitentem redeat. Probatur hæc opinio, quia  
Matth. 19. licetum est diuortium propter carnalem  
fornicationem, ergo non propter fornicationem ſpir-  
itualem, quando vir eſt emendatus, quia ceſſat periculum ſubversionis. Et hæc opinio videretur fauere  
matrimonio, cum imponat obligationem ad cohabita-  
randum: & fauet fidei: nam propter illam facilius  
hæretici ſe Ecclesiæ reconciliabant. Ergo, &c.

2. His tamen minime ſuffragantibus ego nega-  
tive ſententia adhæreo, quam tuerit Hurtadus de  
Mendoza de fide vol. 1. diſp. 7. ſel. 6. ſ. 206. & 207.  
Stephanus Bauny in Theolog. Adoral. tract. 12. de obli-  
gationib. coniug. qu. 2. Fragolus in Regim. Reip. Chriſt.  
tom. 1. lib. 5. diſp. 12. num. 328. Sanchez de matrimonio  
tom. 1. lib. 10. diſp. 15. num. 9. & 19. Henriquez lib. 1.  
cap. 17. n. 6. Layman lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 7. n. 16.  
Sanctatellus tract. de hærefi cap. 33. d. 1. n. 3. Fagundez  
in Decalogum tom. 1. lib. 4. cap. 8. n. 10. & 11. Fillius  
tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 10. num. 396. & ſequitur  
Coninch de Sacram. diſp. 15. dub. 4. n. 24. quibus etiam  
adde Pontium de Matrim. lib. 9. cap. 22. num. 3.

3. Probatur hæc ſententia: quia cohabitare  
cum viro tanquam hæretico dammato eſt iuſuare  
& infame: ponere verò obligationem coniugi inno-  
centi in Religionem ingredi eſt nimis durum, &  
in fauorem hæretici, ut ipſe in ſeculo liber maneat;  
ergo ſequitur minime teneri coniugem recipere al-  
terum coniugem, etiam ſi emendatus, poſtquam  
de hæreti fuit dammatus. Alias rationes ex ſacris Ca-  
nonibus peritas recognoscet apud citatoſ. Authores.

4. Dicendum eſt iugur quod hæreticum ſen-  
tentiæ non coniugem recipere: quia in poenam hæreti-  
ci non tenetur recipere: quia in poenam hæreti-  
ci omnino ſuo iure, quod habebat, ut alter ſibi coha-  
bitaret, ac debitum redderet, iam primus eſt, rema-  
nente ſolo matrimonij vinculo. Et nota quid in hoc  
cauſa non defiderat ſpecialis diuortij ſententia, ſed  
ſufficit ſententia Inquifitorum, qua declaratum fuit  
illum extitisse hæreticum: qua ſententia data fine  
vſtioris separationis ſententia integrum eſt con-  
iugi omnino diuertere, & in ſeculo ſi velit con-  
nere, non enim cogitur tranſire ad Religionem. Et  
ratio eſt clara, quia cum hoc diuorciū poena hæ-  
retiſ, eo ipſo quod coniugi ex ſententia Inquifitorum  
declaratus fuit hæreticus, daonatus hæretiſ  
ſicut & amiffione honorum, & aliarum penarum.  
Ergo, &c.

5. Nec obſtat locus Matth. 19. Superius ab-  
ſitus, vbi dicitur coniugem ob ſolam fornicationem  
poſſe dimitti; quia ibi agitur de dimiſione, quia ei-  
vi contractus coniugi per ſe facere poſſit, non auten-  
de ea, quam in poenam index facere poſſit, cum enim  
hic hæreticum poſſit priuare omnibus bonis, que  
etiam vita, quare non poterit priuare iure, quod coniugem.

6. Sed ex hiis oritur difficultas, an ſupradicta  
opinio fit admittenda, ſi in occulto coniugi hæretici  
reconciliatur per Inquisidores. Negat Borbola in  
Rubrica 2. part. num. 21. & 22. ſel. marron. Et vi-  
detur in hanc ſententiam inclinare Sotus in diſ.  
39. queſt. vnicā ad 3. Sed affirmatiua ſententia do-  
cet Sanchez vbi ſupra tom. 3. lib. 10. diſp. num. 20. &  
poſt illum Fagundez in Decalog. tom. 1. lib. 6. cap. 8.  
num. 11. vbi ſic ait. Nec opus eſt, quod in ſeculo pa-  
blico condemnetur huiusmodi coniugi de hæreti per  
iudicis ſententiam: ſi enim renera declaratur per  
illam illum fuſte hæreticum, & vt talis habuit pa-  
nitentia induatur, & reconciliatur: quoniam in occu-  
pato, & intra privatos parietes id fieri, id ſufficit:  
quia ſemper verificatur præceſſiſe Ecclesiæ iudi-  
cium, & ſententiam declarantem hæretiſ, quam de-  
clarationem ſtatiuſ ſequontur poenæ hæretiſ in  
iure ſtatuta, quarum una eſt diuortium perpetuum.  
Ita Fagundez. Cui ego libenter adhero.

7. Quærendum eſt tamen hiſ incidentes, An  
poſt ſententiam, qua vxor hæretica declarata fu-  
tis poſſit vir eius ordinibus ſacris manens in ſeculo ini-  
tiari. Negat Anglez, Lopez, & alij penes Fagun-  
dez loco citato, num. 12. Sed ipſe merito affirmatam  
ſententiam tenet cum Sanchez vbi ſupra, num. 21.  
quiſibus ad Sanctatellum tr. de hærefi cap. 33. ſel. 1.  
num. 8. Et ratio eſt: quia eadem eſt omnino ratio de  
transitu ad ſacros ordines, atque ad Religionem cui  
vtrōque detur perpetuū votum ſollemne caſi-  
tis, & conſequenter perpetua ſtatuſ mutatio. Vnde  
cū in iure expreſſe concedatur coniugi Catholico  
transitus ad Religionem invito altero coniugi de hæ-  
refi in iudicio coniugio, iam conſerto, conſequen-  
ter etiā expreſſe concedit transitus ad factos or-  
dines: maximē quia hoc eſt fauor Catholico immo-  
niſis, & fauores ſunt ampliandi: & licet ſit penitenti-  
aliter coniugis, iam reconciliati, parum reſent, quia  
hæc poena neceſſariō refuſat ex poena perpe-  
tua hæretiſ qua punitur, ut hæretiſ diximus. Neque eſt  
opus, ut coniugi de hæreti dammatus, & reconcili-  
atus ſimiliter ad Religionem tranſeat, ut in ſeculo ma-  
nens contineat ſic promittat, ut huiusmodi ſta-  
tus ad ſacros Ordines, vel Religionem ſit licet coniugi  
Catholico: quia facultas confeſſa Catholico  
innocenti nullam debet: viam inferre coniugi hæreti-  
co reconciliato.

8. Nec valet obsecere, quod in cap. coningatis, de coniugis coningat. dicitur, non posse virum suscipere Ordines sacros, nisi vxor in saeculo remanens amittat votum castitatis: ergo cum in casu nostra vxor haeretica, & emendata nolit emittere tale votum, vir innocens & fidelis non poterit ad ordines promoueri. Respondeo, dictum caput esse intelligendum, quando coniux non est liber ab onere coniugali, tunc enim non potest ingredi Religionem, nec suscipere ordines, quoniam vxor dei facultatem, nisi illa remanens in saeculo emitat votum castitatis. secus verò est dicendum, quando vir est omnino liber ab omni onere coniugali: tunc enim non requiritur, ut vxor promittat castitatem.

9. Nec etiam obstat dicere, quod post matrimonium contractum nullus potest ad sacros ordines ascendere, nisi in illis casibus, in quibus per sacros Canones conceditur, ut haberet in Extrinsecus. Antiqua Iohann. 22. de voto: at nullus extat textus Canonicus, in quo id concedatur in casu nostro: ergo, &c. Respondeo satis esse, si exter textus, in quo conceditur, ut per haeresim coniugis possit alter Catholicus ingredi religionem: nam eo ipso censetur etiam esse data facultas suscipendi Ordines sacros: & ius coniugij sic sit impedit, ne coniux ingrediatur Religionem, ita impedit ne suscipiat Ordines sacros: cum ergo haereticus, postquam fuit de haeresi condemnatus, amittat omne ius coniugale, sic ut potest alter coniux innocens & fidelis ingredi Religionem, ita etiam poterit ad Ordines sacros ascendere.

## RESOL. CXXI.

*An si coniux infidelis velit permanere cum coniuge fidei sine iniuria Creatoris, & scandalo, possit hoc non obstante, coniux fidelis nouum matrimonium innire?*  
Et notatur, quod tutius est in hoc casu Summum Pontificem confilere, & dispensacionem petere?  
*At si aliquis hoc nollet efficiere tenetur alterum coniugem monere, & imitare ad Fidem, & aliqua alia que contingere possunt in supradicto casu, adiunguntur?*  
Et tandem docetur, quod idem, quod in dicto casu dictum est de matrimonio, dicendum est de ingresso Religionis, & de susceptione Ordinis sacri? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 251. alias 252.

§. 1. Negatiu[m] responderet Rebellius part. 2. lib. 4. quæst. 10. num. 10. quia gratia non defrustratur, ergo nec prior contractus per similem contractum in lege gratia sine culpa alterius coniugis solutus. Idem docet Valentia tom. 4. disp. 10. quæst. 1. punc. 7. Toletus in summa lib. 7. cap. 7. Nauarrius in manuali, cap. 22. num. 49. & ex veteribus D. Bonaventura in 4. disp. 33. art. 2. quæst. 1. D. Thomas ibidem quæst. 2. art. 5. Ricardus art. 2. quæst. 2. Pandanus quæst. 1. art. 2. Durandus quæst. 2. & alij, & adducunt textum in cap. gaudemus de diuortiis.

2. Sed alij his non obstantibus putant absolutè coniugem ex infidelitate ad Catholicam fidem conversum posse transire ad alias nuptias, quamvis alter coniux in infidelitate persistens pacifice, & sine iniuria cohabitare vellet. Et ita docet Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 74. n. 9. & alij penes ipsum.

3. Ad argumentum vero desumptum ex cap. gaudemus, respondeo Coninch de Sacram. disp. 26. dub. 5. num. 61. quod Pontifex ibi pro codem sumit coniugem velle cohabitare manendo in sua infidelitate, & id velle cum contumelia creatoris, quia velle in infidelitate permanere, Dei contumelia est, præteritum quod talis, vel exemplo filios ad infidelitatem facilè pertrahet, vel saltem erit infideli, & hostem Dei fidelibus liberis dominari. Vnde hos duos casus, scilicet infidelem velle se conuertere, & nolle cohabitare fidei sine iniuria creatoris, aut ab ea discedere, ponit tanquam duo membra adæquatè genus diuidentia.

4. Nota quod, verò Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 4. cum Veracruz in speculo part. 2. art. 29. putat ob auctoritatem Doctorum contraria sententia, longe tutius esse in hoc casu Summum Pontificem confilere, atque dispensationem petere.

5. At si aliquis hoc nollet efficere, tenetur alterum coniugem monere, & imitare ad fidem. Vnde sequitur infidelis potenti certum tempus ad deliberandum de conuersione, id debere ei concedi, quia hoc rationabile est, nec ante potest confidere eum esse pertinacem. Non tamen requiritur, ut per Ecclesiæ sententiam declaretur esse pertinacem, sed sufficit alia via id confidere, & idem quod de matrimonio dicendum est de ingressu Religionis, & de susceptione Ordinis facti. Coninch vbi supra num. 62. & alij.

*Sup. his latè infra in Ref. 125. à principio, vique ad §. Sed si*

## RESOL. CXXII.

*An coniux infidelis, qui fidem coniugem sequi noluit, possit nouum sibi coniugem eligere?*  
*Et an si postea convertatur, possit ei concedi dispensatio, ut alteri nubat, si vir eius aliam duxerit uxorem?*  
Ex part. 3. tr. 4. Ref. 262. alias 263.

§. 1. Affirmatiu[m] respondet Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 77. num. 6. vbi sic ait. Licer infidelis dissoluto semel fidelis matrimonio ad aliud transtire. Ducor, quod nullo iure interdicatur infidelis hic transitus, non enim humano Ecclesiasticu[m], cum Ecclesia caret iurisdictione in infideles: ius verò seculari nullibi reperitur. Nec ius diuinum naturale id infidelibus prohibet, quia eti peccat violans ius diuinum naturale legis prioris matrimonij, qua astringebatur sequi priorem coniugem ad fidem conuerlum, ut priori illo matrimonio iam penitus dissoluto, nulla lex diuina naturalis prioris matrimonij, quod iam nihil est, superest, qua hie infidelis arcatur ab alio matrimonio, nec aliud ius diuinum id vetans reperitur. Haec omnia Sanchez.

2. Sed aduersus illum tenet Baillius Pontius de matrim. lib. 7. cap. 48. num. 25. vbi probat suam sententiam ex capitulo infidelis 18 quæst. 2. & ex D. Thoma in 4. sentent. disp. 37. quæst. 2. art. 1. ad 3. vbi sic assertit. Postquam fidelis contraxit, solutum est vinculum matrimonij ex virtute partis, quia matrimonium non claudicat quantum ad vinculum, sed quandoque claudicat quantum ad effectum. Vnde in peccato vxoris infidelis ei indicetur, quod non possit cum alio contrahere magis, quam ex virtute matrimonij praecedentes, sed si postea convertatur, potest ei concedi dispensatio, ut alteri nubat, si vir eius aliam duxerit uxorem. Sic D. Thomas.

3. Nota verò quod hanc peccatum non Ecclesia, sed Deus infligit propter iniuriam, quia infidelis ipsum Deum, veram fidem, & veritatem Sacramenti afficit, cuius peccata Ecclesia est promulgatrix. Ex quibus facilè refelles, quæ pro sua sententia adducit Sanchez. Ita Pontius.

4. At his non obstantibus mihi opinio Sanchez probabilis etiam videtur, & illam nouissime docet Fillius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 7. num. 248. Barbara in collect. tom. 4. part. 1. heretica causa 28 quæst. 2. cap. 2. num. 8. & Coninch de Sacram. disp. 26. dub. 5. concl. 2. num. 66. vbi sic ait. Quod autem aliqui dicunt,